Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas.
(Sedulius.)

Quid? Eò pervenerunt alii, ut stravisse viam Deum crediderint submotis arbustis, dejectis scopulis, atque foveis æquatis. Sed prodigia ne gratis coacerventur, et cùm unum hoc satis admirari homines non possint, quid nova quærantur in Scripturâ prorsùs incognita?

Castra deserentes Israelitas et pelagum subeuntes, nubes consequebatur, ut exercitu transfretante, et illa tandem transfretârit. Interim Ægyptii sub vigiliam matutinam circiter (1), trajecisse Hebræos tunc primò sentientes, et ipsi confestim fugientibus instare, ne animadverso quidem itineris periculo, cœperunt. Vix aliquantò processerant, cùm subito terrore affecti turbare ordines, et se invicem confundere. Tum Deus, immissis in illos fulminibus, atque subitis fragoribus intonans horrendum, turbatos antea adeò perculit, ut mutuò se in fugam urgentes verba illa ingeminarent: *Fugiamus Israelem; Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Hujus fugæ tumultus terrorem auxit, et desperationem, nihilque ad ultimas angustias redactis supererat, quàm ut in adversam ripam evaderent. Sed frustra illi, nam resolutæ jam aquæ opplère primùm viam, littus quò tendebant respicientem; deinde verò super eorum capita recidentes, omnes oppresserunt. Hæc Scriptura, quæ diversam planè ideam ingerunt, ac recentiores quidam critici eâ de re obtrudant. (Calmet.)

(1) Nempe sub ortum auroræ, circa quartam horam matutinam.

INDEX RERUM.

Monitum. 9-10
IN PENTATEUCHUM INTRODUCTIO. *Ibid.*
§ 1. Argumentum Pentateuchi. *Ibid.*
§ 2. Argumenta interna pro auctore Mose. 11
§ 3. Auctor Pentateuchi se dicit Mosen. 13
§ 4. Argumentum Pentateuchi omni ætate publicè notum. 15
§ 5. Argumentum Pentateuchi omni ætate nomine *Legis Jehovæ* notum. *Ibid.*
§ 6. Pentateuchus ut *Lex Mosis* notus. 16
§ 7. Pentateuchus ut liber Mosis omni ætate notus. *Ibid.*
§ 8. Geneseos auctor est Moses. 18
§ 9. Interpolationes Pentateuchi. *Ibid.*
§ 10. Pentateuchus non recentiori ævo compilatus. 19
§ 11. Argumenta contra authentiam Pentateuchi. 20
§ 12. Pentateuchus non fuit refictus. 22
§ 13. An Moses ipse scripsit. 24
§ 14. Genesis ex antiquis documentis collecta. *Ibid.*
§ 15. Monumenta in Genesi collecta. *Ibid.*
§ 16. Ætas horum documentorum. 25
§ 17. Fides historica horum documentorum. 26
§ 18. Argumenta pro mythis in Pentateucho. 27
§ 19. An Gen. 1, 1, 2, 3, antiquius documentum. 28
§ 20. Quâ ratione hæc documenta digesta sint. 29
§ 21. Editio Pentateuchi. 30
CORNELII A LAPIDE vita. 31-32
In Pentateuchum Procemium. 33-34
Sectio prima. De Scripturæ origine, dignitate, objecto, necessitate, fructu, amplitudine, difficultate, exemplis, methodo et dispositionibus. *Ibid.*
Sect. II. De usu et fructu Pentateuchi et veteris Testamenti. 61
Sect. III. Quis et quantus Moses. 72
In Pentateuchum Argumentum. 79-80
Canones facem præferentes Pentateucho. 81-82
IN GENESIM COMMENTARIUM. 93-94
Caput primum. De mundi creatione, rerum creatarum distinctione et ornatu, deque formatione hominis, cui Deus omnia à se creata subjicit. 95-96
Commentarium. 97-98
De opere primæ diei. *Ibid.*
De opere secundæ diei. 115
De opere tertiæ diei. 119
De opere quartæ diei. 128
De opere quintæ diei. 136
De opere sextæ diei. 141
Cap. II. Deus, completo sex diebus opificio, die septimâ quiescit, cui et benedicit. Hominem ponit in paradiso variis arboribus frugiferis ac fluminibus insignito. Evam ex Adami costâ in ipsius adjutorium format, ac matrimonium instituit. 159-160
Commentarium. 161-162
Cap. III. Serpentis astu primi parentes Dei præceptum transgrediuntur: quapropter, indictâ singulis pœnâ, è paradiso pelluntur, promisso tamen orbi Messiâ venturo. 195-196
Commentarium. 199-200
Cap. IV. Adam ex Evâ gignit Caïn et Abel; impius Caïn pium Abel fratrem occidit, ideòque à Deo punitus profugus vitam agit, ac Enochum generat. Sethum gignit Adam, nascitur è Setho Enos. 223-224
Commentarium. 227-228
Cap. V. Texitur genealogia Adæ ac posterorum per Seth, annique vitæ ipsorum usque ad Noe. 247-248
Commentarium. 249-250
Cap. VI. Hominis peccata fuère diluvii causa; Noe tamen justus invenitur, cui arca fabricanda mandatur, in quâ ipse et cunctorum animantium genera serventur. 259-260
Commentarium. 263-264
Cap. VII. Ingresso Noe cum suis in arcam, statim aqua omnium montium cacumina centum quinquaginta diebus superat, reliquaque animantia submergit. 275-276
Commentarium. 277-278
Cap. VIII. Imminutis paulatim diluvii aquis, post corvi ac columbæ emissionem, Noe cum universis qui in arcâ continebantur, egreditur, et altari extructo, offert Deo in gratiarum actionem holocausta, quibus placatus Deus promittit nunquàm deinceps fore diluvium. 287-288
Commentarium. 289-290
Cap. IX. Deus Noe ac filiis ejus benedicit, animantiaque omnia unà cum piscibus in cibum tribuit, prohibito tamen illis sanguine. Fœdus Deum inter et homines de non inducendis ampliùs diluvii aquis, iride firmatur. Noe ebrium ridet filius Cham, ideòque ipsi in Chanaan filio maledicitur; Sem verò et Japhet benedicuntur. 299-300
Commentarium. 301-302
Cap. X. Genealogia filiorum Noe, à quibus divisæ sunt gentes post diluvium, et orti omnes mortales. 321-322
Commentarium. 323-324
Cap. XI. In turris Babel ædificatione linguæ omnes confunduntur. Texitur genealogia Sem usque ad Abram. 331-332
Commentarium. 335-336
Cap. XII. Abram Dei mandato parens, promissaque accipiens, relictâ patriâ, comitante Lot, peregrinatur in Chanaan, et Domino in Sichem et Bethel sacrificat. Inde propter famem Ægyptum ingressus, uxorem suam vocat sororem, quam in domum regis Pharaonis sublatam, postea recipit intactam. 349-350
Commentarium. 351-352
Cap. XIII. Abram et Lot Ægypto egressi, præ nimiâ opulentiâ separantur, et Lot Jordanis fines eligente, Abram habitat in Chanaan, ubi rursùm Dei promissiones de multiplicando semine terrâque possidendâ accipit. 361-362

Commentarium. 363-364
Cap. XIV. Devictis quinque regibus, ac spoliatis Sodomis, Lot cum plerisque aliis captivis ducitur à quatuor regibus victoribus; quos Abram persecutus omnes, captivos spoliaque reducit, lætusque pro victoriâ decimas dat Melchisedech, à quo benedictione acceptâ, cunctâ regi Sodomorum restituit. 367-368
Commentarium. 371-372
Cap. XV. Deus Abræ de posteris desperanti filium promittit, cui credens Abram justificatur, et in signum promissæ terræ præscriptum à Domino offert sacrificium, auditque posterorum suorum futuram peregrinationem. 381-382
Commentarium. 383-384
Cap. XVI. Agar à dominâ Sarai traditur Abræ uxor, quæ ubi concepisset, atque ob id dominam contemneret, ab illâ afflicta, fugam init; sed jussu angeli eidem submissa, parit Ismaelem. 393-394
Commentarium. 395-396
Cap. XVII. Abræ repetuntur promissiones; ipsius et Sarai nomina immutantur; circumcisio præcipitur ut fœderis signum; filius ex Sarâ promittitur unà cum successu Ismaelis, et Abraham circumcisionis præceptum exequitur. 401-402
Commentarium. 403-404
Cap. XVIII. Angeli tres ab Abraham hospitio suscepti, filium ex Sarâ promittunt, quæ ob id videns corripitur. Sodomorum eversio prædicitur, pro quibus Abraham sæpiùs deprecatur. 417-418
Commentarium. 419-420
Cap. XIX. Lot, angelis hospitio susceptis, à Sodomitis vim patitur; cum uxore et utrâque filiâ à Sodomitico ereptus incendio, uxorem amittit in viâ, tandemque inebriatus, cum utrâque filiâ incestum ignorans committit, unde ortum habuerunt Moabitæ et Ammonitæ. 429-430
Commentarium. 433-434
Cap. XX. Abrahæ in Geraris peregrinanti uxor à rege tollitur; quæ ad Domini jussum cum magnis donis intacta redditur, et orante Abraham, salus domui regis restituitur. 449-450
Commentarium. *Ibid.*
Cap. XXI. Nascitur Isaac, circumciditur et ablactatur; Ismael verò cum matre domo pellitur, in desertis victurus. Abimelech cum Abraham fœdus medio juramento percutit. 453-454
Commentarium. 457-458
Cap. XXII. Fides et obedientia Abrahæ in filii sui præceptâ immolatione probatur, sed ab ipsius immolatione prohibetur ab angelo, promissionesque ei denuò ob hanc insignem obedientiam confirmantur. Numerantur filii Nachor fratris Abrahæ. 461-462.
Commentarium. 465-466
Cap. XXIII. Sara mortua plangitur, ac in speluncâ duplici, quam Abraham ab Ephron cum agro præsenti emit pecuniâ, sepelitur. 479-480
Commentarium. 481-482
Cap. XXIV. Servus Abrahæ ab ipso adjuratus et in Mesopotamiam ad quærendam uxorem Isaac missus, signo à Domino petito, Rebeccam invenit, et habito parentum ac fratris ipsiusque consensu, adducit ad Isaac; hanc ille ducit in uxorem, et ita de matris morte accipit consolationem. 483-484
Commentarium. 489-490
Cap. XXV. Abraham, multis ex Cethurâ susceptis filiis, quibus munera largitur, relictâ Isaaco hæreditate, moritur; moritur et Ismael, postquàm duodecim genuit duces. Isaac pro uxore suâ sterili precatus, geminos gignit Esaü et Jacob, quorum major vendit minori primogenita. 501-502
Commentarium. 503-504
Cap. XXVI. Isaac ob famem in Geraris peregrinatus, post acceptam terræ promissionem et seminis benedictionem, reprehenditur ab Abimelech quòd Rebeccam dixerit esse suam sororem. Ipsorum pastoribus pro puteis inter se jurgantibus, Abimelech cum Isaac fœdus percutit. Uxores accipit Esaü. 517-518
Commentarium. 519-520
Cap. XXVII. Jacob matris consilio benedictionem loco Esaü accipit, ad cujus odium fugiendum monetur à matre ut in Haran ad Laban concedat. 527-528
Commentarium. 531-532
Cap. XXVIII. Jacob, acceptâ à patre benedictione, in Mesopotamiam, videt in somnis scalam cui innititur Dominus, et acceptâ de terrâ ac seminis multiplicatione promissione, experrectus votum Deo vovet. 543-544
Commentarium. 545-546
Cap. XXIX. Jacob à Laban susceptus, septem annis illi pro Rachele filiâ, pacto inito, servit; cùm verò Racheli supposita esset Lia, alios septem annos pro eâdem complere cogitur; Rachele autem sterili, Lia quatuor parit filios. 557-558
Commentarium. 561-562
Cap. XXX. Rachel sterilis et Lia parere cessans ancillas suas marito tradunt, ex quibus singulæ binos suscipiunt filios; præter quos Lia duos alios et filiam parit, Rachel verò Joseph; quibus natis Laban mercedem paciscitur cum Jacob, qui hoc modo plurimùm ditescit. 567-568
Commentarium. 571-572
Cap. XXXI. Jacob, jubente Domino, ad patrem cum omnibus suis tacitus revertitur, quem Laban insequitur; Rachel, idolis patris sui ablatis, ipsum quærentem astu decipit; tandemque post varias querelas et jurgia, Jacob et Laban inito fœdere ad propria ab invicem discedunt. 585-586
Commentarium. 591-592
Cap. XXXII. Jacob, visis angelis, nuntios et munera ad fratrem suum Esaü territus mittit; interea cum angelo luctans, benedictionem ac nominis mutationem, tacto femoris nervo, accipit. 599-600
Commentarium. 601-602
Cap. XXXIII. Jacob ab Esaü occurrente benignè excipitur, ægrèque adigit ut munera accipiat, domumque revertatur; de hinc Jacob, eo à se dimisso, in Socoth primùm, indeque in Salem profectus, agri partem emit, fixisque tabernaculis, altare erigit. 613-614
Commentarium. 615-616
Cap. XXXIV. Ob Dinæ raptum ac stuprum à Sichem, Sichemitarum principis filio, Sichemitæ priùs circumcisi, à Simeone et Levi Dinæ fratribus perimuntur, atque à reliquis Jacobi filiis urbs eorum vastatur; quamobrem Simeon et Levi à patre arguuntur. 619-620
Commentarium. 621-622
Cap. XXXV. Jacob, suorum idolis juxta Sichem defossis, jubente Domino ascendit in Bethel, ubi, ædificato altari, Deo sacrificat, novâque ipsius apparitione confortatur. Moritur Debora, nascitur verò Benjamin cum morte Rachelis matris. Rubenis incestus cum Balâ. Numerantur filii Jacob, cujus pater Isaac moritur. 627-628
Commentarium. 631-632
Cap. XXXVI. Esaü cum uxoribus et filiis à fratre Jacob discedit, ob nimiam utriusque opulentiam. Filiorum Esaü genealogia cum habitatione describitur. 639-640
Commentarium. 641-642
Cap. XXXVII. Joseph apud patrem fratres suos de crimine accusans, visaque somnia narrans, illorum odium in se concitat; quare primùm volentes eum occidere suadente Ruben, in cisternam detrudunt, deindeque vendunt Ismaelitis, inscio Ruben. Filium pater occisum à ferâ existimans, miserè luget. Joseph interea in Ægypto Putiphari venditur. 645-646
Commentarium. 649-650
Cap. XXXVIII. Judas ex uxore Chananæâ tribus susceptis filiis, primum ac deinde secundum Thamar copulat; his verò mortuis, eâ inscius pro scorto utitur, quo concubitu Phares et Zara gignuntur. 661-662
Commentarium. 663-664

Cap. XXXIX. Prosperè agit Joseph apud herum Putipharem, cujus totam administrat familiam; contemptâ verò herâ suâ, sæpiùs ipsum de concubitu interpellante accusatur apud Dominum et in carcerem conjicitur, ubi custodis gratiam demeretur, à quo vinctorum omnium curam accipit. 673-674
Commentarium. 675-676
Cap. XL. Pharaonis eunuchorum somnia Joseph in carcere interpretatus, alterum officio pristino restituendum, alterum suspendio necandum prædicit, quæ omnia in Pharaonis natalitio die eveniunt. 681-682
Commentarium. 683-684
Cap. XLI. Pharaonis somnia de bobus et spicis, nemine interpretari valente, unicus Joseph interpretatur, ideòque toti Ægypto præficitur, et ex Aseneth datâ sibi à Pharaone uxore, duos suscipit filios ante septem famis annos. Sterilitas tandem fertilitati succedit. 687-688
Commentarium. 691-692
Cap. XLII. Fratres Joseph, cogente fame, in Ægyptum pro emendis frumentis à patre missi, ab ipso recognoscuntur, ac duriùs habiti in carcerem conjiciuntur; tandem, Simeone in vinculis relicto, revertuntur, ac pecuniam in saccum cujusque repositam unà cum frumento inscii referunt. 701-702
Commentarium. 705-706
Cap. XLIII. Ægrè impetrant fratres Joseph à patre, ut in Ægyptum revertentes, additis muneribus ac duplici pecuniâ, Benjamin secum ducant; qui, invitati ad convivium, educto Simeone de carcere, simul epulantur cum Joseph. 711-712
Commentarium. 715-716
Cap. XLIV. Joseph jubet abscondi scyphum suum in sacco Benjamin, et, post eum inventum, revocatos ab itinere fratres furti arguit; Judas autem pro Benjamin se in servitutem offert. 719-720
Commentarium. 723-724
Cap. XLV. Joseph se fratribus manifestat, eosque territos cum osculo amplexatur; quare Pharao unà cum totâ domo suâ exultans, præcipit ut advocetur pater cum universâ domo suâ in Ægyptum; idem multis verbis denuntiat Joseph, fratresque multis donatos muneribus ad patrem remittit. 725-726
Commentarium. 729-730
Cap. XLVI. Jacob, renovatâ Dei promissione, cum universis filiis ac nepotibus, quorum nomina recensentur, in Ægyptum descendit; cui occurrens Joseph, suadet ut Pharaoni se pastores ovium dicant. 731-732
Commentarium. 735-736
Cap. XLVII. Joseph, adventu patris et fratrum Pharaoni nuntiato, introducit Jacob cum filiis ad Pharaonem; ipsis conceditur terra Gessen, famisque tempore eos alit. Post annos septemdecim Jacob plurimùm ditatus et jam moriturus adjurat Joseph de suâ in Chanaan sepulturâ. 737-738
Commentarium. 741-742
Cap. XLVIII. Ægrotantem Jacobum invisit Joseph, cujus filios Manassen et Ephraim Jacob sibi adoptat et benedicit, minoremque, contradicente Joseph, majori præponit; Josepho supra fratres partem unam tribuit. 747-748
Commentarium. 751-752
Cap. XLIX. Jacob moriturus singulis filiis suis benedicit, ac futura prænuntiat. Tandem, declarato sepulturæ suæ loco, moritur. 755-756
Commentarium. 759-760
Cap. L. Joseph corpus patris aromatibus conditum, cum Ægypti magnatibus ingenti luctu in Chanaan sepelit. Fratres benignè suscipit et consolatur; datoque mandato ut ossa sua in terram Chanaan deferant, in pace quiescit. 793-794
Commentarium. 795-796
Synopsis historiæ et chronologiæ totius Genes. 801-802
Doxologia Dei Creatoris ex factis in Genesi. 803-804
CALMETI vita. 807-808
Dissertatio in Pentateuchum, atque in Genesim potissimùm. 809-810
— De materiâ et formâ veterum librorum, ac variâ scribendi ratione. 819-820
— De linguâ primitivâ et linguarum confusione. 831-832
— De turri Babelicâ. 847-848
CARRIERII vita. 861-862
IN EXODUM COMMENTARIUM.
Argumentum. *Ibid.*
Caput primum. Nominantur filii Israel in Ægyptum ingressi, quorum multiplicationem novus Pharao frustra impedire nititur oneribus, strage masculorum ac submersione. Obstetricum miseratio et à Deo renumeratio. *Ibid.*
Commentarium. 863-864
Cap. II. Nascitur Moses; aquis exponitur, unde extractus, à matre suâ nutritur jussu filiæ Pharaonis, quæ illum adoptat. Occiso Ægyptio, fugit in Madian, ubi, acceptâ uxore Sephorâ, duos gignit filios, Gersam et Eliezer. 881-882
Commentarium. 885-886
Cap. III. Dominus Mosi in rubo apparet, ipsumque mittit ad filios Israel liberandos, spoliatis Ægyptiis. 903-904
Commentarium. 905-906
Cap. IV. Moses tribus missionis suæ signis acceptis, se excusat ab hâc missione; tandem acquiescens redit in Ægyptum cum uxore et filiis. Angelus mortem minatur Mosi, hinc uxor circumcidit filium. Aaron Mosi fratri occurrit, simulque vadunt ad filios Israel. 927-928
Commentarium. 931-932
Cap. V. Moses et Aaron Pharaoni mandata Dei referunt; ille contemnens graviùs premit Israelitas. Moses pro eis orat Dominum. 945-946
Commentarium. 949-950
Cap. VI. Deus Mosi revelat nomen suum Jehova, Israelitasque per Mosem consolatur terræ Chanaan promissione. Genealogia Ruben, Simeonis et Levi, usque ad Mosem et Aaron. 953-954
Commentarium. 957-958
Cap. VII. Moses et Aaron virgam in serpentem, aquam verò in sanguinem convertunt. Similia faciunt magi Pharaonis, quamobrem ipse induratur ne dimittat Hebræos. 971-972
Commentarium. 973-974
Cap. VIII. Secunda Ægypti plaga sunt ranæ, quas, indurato Pharaone, sequitur tertia plaga sciniphum, et quarta muscarum. 997-998
Commentarium. 1001-1002
Cap. IX. Quinta plaga, pestis in jumentis, sexta ulcerum, septima grandinis, tonitruum et fulgurum, quæ mala nullum Israelitis infligunt damnum. Promittit Pharao dimissionem; cessantibus verò plagis dicta retractat, et rursùm induratur. 1011-1012
Commentarium. 1015-1016
Cap. X. Octava plaga sunt locustæ, quas nona sequitur, nempe tenebrarum, propter quas permittit Pharao ut exeant, idem verò deinde denegat, mortem Mosi minatus. 1023-1024
Commentarium. 1027-1028
Cap. XI. Ante decimum signum (stragem primogenitorum), quod prædicit Dominus, hortatur ad Ægypti spoliationem, quæ post stragem peracta est. 1035-1036
Commentarium. 1037-1038
Dissertatio in Exodum. 1041-1042
— De origine et antiquitate circumcisionis. 1053-1054
— De veris fictisque prodigiis, ac dæmonum et angelorum in corpora potestate. 1063-1064
— De transfretatione Erythræi. 1077-1078
Index rerum. 1093-1094

FINIS TOMI QUINTI SCRIPTURÆ SACRÆ.

BS548
M5
v.5
44451

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.